



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Euphrasia V. 13. Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Virgines velatas se abdidit. Fugit tamen ille Abbatis honores, ne in alteros scopulos vix subducentam ratem impelleret. Post hæc Synodi Nicænæ pars magna fuit. Sed & Leoni alteri Iconomacho fortiter se opposuit. Neque hic virum aut carceris obsidione aut fame longâ expugnare potuit. Victor igitur THEOPHANES cælum subiit, duxitque in triumpho duo ingentia monstra, Leones duos. Ex Surio.

Perfice ô homo quantum valeas, & perpende quantum debeas ; ut tandem tibi vilis esse desinas , ut vel per hoc erubescendis subjacere viis dedigneris , dum generositatem tuam de Creatoris ac Redemptoris dignitate metiris. S. Maxim. hom. i. de Resurr.

S. EUPHRASIA V. 13. Martii.

Non facilè illa alia Virgo splendorem generis sui, ut EUPHRASIA novit æstimare ; quippe quæ alios quantumvis nobiles toros alto animo despexit omnes, unum CHRISTI ambitiosa expectavit. Fortè in hunc fixum cruci oculos defixerat ; cum, ut amor facilè omnia sibi fingit, quæ arident, passis brachiis amplexum offerri sibi interpretata illico in crucem involavit , & amatum complexa etiam ipsa , æternum illi suos amores devovit ; quin mox futurarum nuptiarum flammeum inter sacras Virgines accepit. Interea literæ adsunt à Theodosio Imp. quem sanguine contingebat. Is quòd quinquennem Ordinis Senatorii Principi viro desponderat, jubebat nunc in ejus manus venire EUPHRASIAM. Sed pulchrè illa se jam in alterius manus venisse rescripsit, nec ex re suâ, nec verò ex familiæ dignitate fore immortali sposo mortalem anteponere. Itaque jam liberè

amori

amori suo vacans, sub dio cibi sui^{que} aliquando in trigesimum diem, s^aepius in septimum oblita, ab inferno rivali in puteum præceps acta, ferventi perfusa, alia^{que} perpessa, cùm satis jam Sponso se probasset, ad nuptias est evocata. Illas splendidissimè adornari vedit in cælo, quæ Asceterio Magistra præerat, eo^{que} abductam EUPHRASIAM a Sponsi MATRE corollâ nuptiali, & dote in singulas virtutes donari. Quis jam dubitet pulchram EUPHRASIAM fuisse, quam tanto studio matrum longè pulcherrima multò pulcherrimo filio conciliabat? Ex Surio.

Vide quibus brachiis vicarie charitatis redamandu^s & amplectendus sit, qui tam i^estimavit, i^{en}ò qui tanti te fecit: De latere enim suo te reformavit, quando propter te obdormivit in Cruce, & somnum mortis exceptit. S.Bern.ferm.2.de Mut.Aquæ in Vin.

B. HENRICUS CONF. 13. Martii.

Non ablufit indoles HENRICI à stirpe suâ. Regius puer mammæ & matris, & mundi lallare generosus recusavit, & ad magni Francisci ubera, vulnera, animum appulit. Interea parente mortuo Daniæ Rege, viduum regni sceptrum & corona caput HENRICI & manum ipsa ambiebat, ingerebant hæc regni proceres, sponsa invitabat, & denique mater impellebat. Per tot tamen obstacula evadit HENRICVS in solitudines, suisque ipse Rex sibi imperat. Sed honor, quò nemo alias fugitivos citius prehendit, HENRICVM quoque in suis latbris invenit, gemmeisque vinculis ligatum cum publicâ regni lætitia ad solium reducit. At mater, (quis credat?) illa mater, quæ nuper amore filium deperibat, in novercam ecce abit, & , sive quod impe-

14. Ma
imperi
lium
HEN
defor
men,
mem
puran
regnc
dit. se
venit
De
primi
domi
subjecc
equan

Q
mus :
discip
Matu
lis, d
tor.
abitu
chor
atqui
tus e
cant
se pu
lis P
bori
MAR
altera